

Psalmus responsorius

Ps 24, 4bc-5ab. 6-7bc. 8-9 (R̄: 4b)

R̄. Vias tuas, Dómine, demónstra mihi.

⁴ Vias tuas, Dómine, demónstra mihi
et sémitas tuas édoce me.

⁵ Dírige me in veritáte tua et doce me,
quia tu es Deus salútis meæ. R̄.

⁶ Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine,
et misericordiárum tuárum, quóniam a sæculo sunt.

⁷ Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu,
propter bonitátem tuam, Dómine. R̄.

⁸ Dulcis et rectus Dóminus,
propter hoc peccatóres viam docébit;

⁹ díriget mansuétos in iudício,
docébit mites vias suas. R̄.